



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

6. Ad quem appellandum? an gradatim non omisso iudice intermedio? cur
jure Canonico appellatio ad summum Pontificem immediatè facta
subsistat? an à delegato ad delegantem semper appellandum? an coram

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

interlocutoriâ hoc jure appellare non licet, nisi vim definitivæ habeat *L. ante 7. C. quor: appell: non. recip: vigore* autem Concilii Trid. *sess: 24. cap. 20. de ref: & sess: 13. cap. 1. de ref.* non aliter ab interlocutoriâ appellatio indulgetur, quàm si vim definitivæ habeat, & gravamen contineat irreparabile, cujusmodi est excommunicatio, incarcerationio, tortura, ut docent *Legistæ.*

6. Appellatur à Judice dato is, qui eo est superior, quia superioris est factum, seu errorem corrigere inferioris, non è contra *cap. cum inferior de maior: & obedient.* appellatur gradatim, non omisso intermedio Judice. *cap. Romana. h. t. in 6.* Quia jurisdictiones confundi non debent. *L. nemo. C. de jurisdic: omn. jud.* quod adeò verum est jure civili, ut ne quidem ad Imperatorem, seu principem omisso medio appellare liceat. *L. Imperatores 21. in Princip: ff. h. tit.* quamvis jure Canonico quoad Sum: Pontif: aliud dicendum, cuius ratio est, quod Sum: Pontif. omnium inferiorum judicum sit ordinarius, & cum omnibus ordinariis ob sedis Apostolicæ præ-
roga-

rogativam cumulativè cōcurrat per *Trid. Sess. 24. cap. 20. de ref.* nec communicando aliis jurisdictionem abdicet à se jurisdictionem propriam: quod non est in principe, qui jurisdictionem inferiorum à se se abdicavit *cit. L. Imperatores.* Si par alius pro alio aditus fuerit Judex, siquidem par aut maior error non nocet; cognoscer enim nihilominus is, qui appellari debuit, si minor, nocet ita, ut si interim tempora definita excefferint, sententia duret in suo robore. *L. 1. §. Si quis. ff. de appell.* Appellandum præterea à Judice, & coram eo, qui sententiam tulit *cap: ut debitus 59. h. t.* quia illi debet innotescere appellatio ad hoc, ut ulterius non procedat: quod si eius copia haberi non possit, fieri quidem poterit appellatio ad Judicem superiorem, sed & Judici & parti intimanda erit ad hoc, ut suspendatur jurisdictio judicis, à quo, ut latè docet *Scaccia de appell. q. 6. n. 31. & seq:*

7. Ordo appellationis hic est: prolatâ sententiâ dies currunt decem, intra quos læsus provocat, curruntq; à die latæ sententiæ, vel scientiæ sive à definitivâ, sive ab in-